

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sacra anaphonesis per viginti quatuor offertoria de
tempore et sanctis in 2 partes distributa**

Rathgeber, Valentin


Augustae Vindelicorum, 1726

Widmung

urn:nbn:de:bsz:31-36492

REVERENDISSIMO,
PERILLUSTRI, ET PERQUAM
GRATIOSO DOMINO
DOMINO
GVILLELMO,
SACRI ET EXEMPTI ORDINIS
CISTERCIENSIS,
CELEBERRIMI, ET EXEMPTI MONA-
STERII B. M. V. DE EBRAU
ABBATI
VIGILANTISSIMO,
PER FRANCONIAM
VISITATORI GENERALI,
AC
PRIMATI &c. &c.

Domino Suo perquam
Gratioso.



Reverendissime,
Perillustris , & perquam Gratiose
Domine Domine &c.



Musis Sacra mea Musica , debitæ in Te
Venerationis , Reverendissime , Perillu-
stris ac perquam Gratiose Domine , sumit
Argumentum . Musis equidem , quas
omni prorsus aliâ re longius , diligentius-
que coluisti , Tibi quid delectabilius ? Cùm per Parnas-
si montem ad Sacras ascenderis Dignitates ; & Musas
eo etiamnum animo ita recolas , ut Pastorali officio
tuo nihil aliud dignius censeas ; Non ignarus Apolli-
nem

DEDICATIO.

nem quoque fuisse Pastorem. Unde , dum pulcher-
rimo adhuc, stabilique connubio jungis pedum, & cy-
tharam, ut in Te quadret, quod in Psalmis , & Pastoris
animosam dexteram: GENEROSE, ET SUAVITER:
Patere , Musas has meas Sacras cum suis quasque in-
strumentis, adgeniculari tuis pedibus, & Suum vene-
rari in te Apollinem, eumque invocare in Patronum,
& Protectorem. Et quem Majorem sibi eligerent
Patronum Musicæ meæ Musæ , nisi Te REVEREN-
DISSIME, PERILLISTRIS, ET PERQUAM GRA-
TIOSE DOMINE? cùm tua in dicendo suavis facun-
dia, in consulendo docta maturitas , in docendo plus-
quam humana profunditas, summis Te quibusvis æqua-
verit Magnatibus. Cui potius Numeros hos dedica-
rem Musicos, quam Tibi, REVERENDISSIME, PER-
ILLISTRIS, & GRATIOSE DOMINE, qui omnibus
numeris absolutus, & perfectus es? Cui potius Offer-
toria hæc offerrem, quam Illi , qui longè felicior Am-
phion , aut Orpheus Sacrum ita instituit Chorum , &
Organa , ut inter amænissimam Symphoniam lapides,
& ligna exsurrexerint in magnifica Palatia, Magnificen-
tissimis , non in Franconiâ solùm , sed & Germaniâ,
plausibiliter annumeranda ? Cui denique felicius ad-
scriberem festivos hos de Superis concentus , nisi Illi ,
qui meum ad compositiones Musicas magis accedit
animum ? Cum aliquando in Monasterio nostro Ban-
thensi dicere mihi placuerit, Musicos non - profanos è
prædestinatorum numero, utpote Chori Angelici aut
imitatores , aut æmulos esse censendos. Tot tanti-
que sunt tituli REVERENDISSIME, PERILLISTRIS,
AC PERQUAM GRATIOSE DOMINE, quibus ani-
mum Tibi meum Musicum attraxisti. Jure igitur omni
mei partus ingenij Tui sunt, qui me totum tot astrin-
xisti titulis , & motivis. Conclamatum credidisse

DEDICATIO.

de Musicis meis Offertoriorum Conclamationibus, nisi illæ ipsæ Te contra Zoilorum morfus Patronum, & Defensorem conclamâissent.

Tuere eas, quia sacræ; defende, quia à Musicis
Musicæ; Protege, quia tuæ; Et me novo devincies
vinculo, ut omnia mea sacra, devotionesque, ad pe-
rennem Tui incolunitatem cum meis Offertoriis of-
feram

**Reverendissimæ, Perillustris,
& perquam Gratiæ
Dominationis Tuæ**

Humillimus

P. Valentinus Rathgeber,
O. S. B. Prof. Banth.

Ad Phi-



BLB

Badische Landesbibliothek
Karlsruhe